L. 23. Ep 16

8

S. S. TRIADE

Præſidente

EX DECRETO ET AUTHORITATE,

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS, IN PERILLUSTRI AC FAMIGERATISSIMA ACADEMIA MARPURGENSI,

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM

De

CENSIBUS,

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE CONSEQUENDIS

In Auguſto JCtorum Auditorio

SOLENNI PROCERUM ACADEMICORUM Disquiſitioni ſubjicit

JOHANNES LUDOVICUS Scheffer.

Ad diem Julii.

MARBURGI CATTORUM

Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, *Acad. Typogr.*
Anno M.DC.LXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

124

ΣΥΝ ΘΕΩ

DISPUTATIONIS INAUGURALIS
De
CENSIBUS.

THESIS I.

CEnſus dicitur à cenſendo. Felician. de Solis. *in comment. de Cenſib. in proœm. n. 4.* Cenſere verò (1) eſt conſtituere, præcipere, *l. 111. ff. de V. S.* (2.) Cenſere pro arbitrari ſive æſtimare quoque ponitur: Unde Cenſitores dicti, qui facultates æſtimant. Quorum meminit *l. forma. 4 §. 1. ff. de Cenſib.* iique Peræquatores dicuntur *tt. C. de Cenſib. cenſit. & peræquat.* Weſenb. *ad tit. ff. de Cenſib. n. 3.* Et de illis illud Ciceronis: *Cenſores populi civitatis ſoboles, familias pecuniasq́ cenſento.* intelligendum.

THES. II.

Cenſus autem ſignificat (1.) Patrimonii & facultatum æſti-

æſtimationem. *l.2. §.17. ff. de Orig. jur.* quæ ſervi[illegible] ut tributum ſolvatur. Weſenb. *ad tit. ff. de Cenſib. n.1.* Felician. de Solis. *d. loc.* Talem cenſum apud Romanos [illegible] inſtituit Servius Tullius, qui cives in numerum [illegible] eoque ſua bona jurato æſtimare & cenſori indicare juſſit. Authore Halicarn. *l.4. §.2. verſ. his conſtitutis.* L[illegible] ob ærarii tenuitatem & bellorum aſſiduitatem. Cic. [illegible] *fic.* (2) Patrimonium. *l.16. pr. ff. ad Sctum. Trebell. l.* [illegible] *Epiſcop. audient.* Weſenb. *d. loc.* Frider. Martin. *tract. de Jure Cenſuum. cap.1. n.6.* (3) Tributum, quod penditur [illegible] *& l.2. C. ſine cenſu vel reliq. fundum compar. non poſſe.* Weſenb. *d. loc.* Frantzk. *Reſol. lib.1. reſol.1. n.8.* Felician. *d. præam. n.* [illegible] (4) Librum ſive Tabulas, in quibus facultates civium continentur. *d. l. forma. 4. ff. de Cenſib. l. cenſus 10. ff. de Probat.* Weſenb. *d. loc.* Felician. de Solis, *d. n.4.* Cenſus ea in ſignificatione barbarè ÆSTIMUM & germanicè vocatur ein Saalbuch à Sala, h. e. Aula ſive Baſilica, quod in eo prædia, quæ aulæ Regiæ cenſum præſtant, ſint deſcripta. Frider. Martin. *d. cap. 1. n.14.* Paulus Matth. Wehn. *pract. obſervat.* [illegible] vocem Saalbuch (5.) Quod annuatim præſtatur, vel in recognitionem ſuperioritatis & argumentum ſubjectionis. *c.* [illegible] *pimus. 8. X. de Privileg.* vel ratione aliarum cauſarum. [illegible] *Cenſib.* Frantzk. *d. reſol.1. num. 12.* Felician. de Solis *d. l. n.8.* (6) Covarruviæ quidem *lib. 3. reſol. 3. num. 1.* definit contractum cenſualem, quo habens plenum rei Dominium, eam alteri tradit, quo ad Dominium utile & Directum, ea conditione, ut ex ipſa re ſibi quotannis aliquid ſolvat. *c. conſtitutus. X. de Religioſ. Domib.* Verum ex eo textu illud non probari contendit Frider. Martin. *d. c. 1. n.18.* Sexta igitur ſignificatio eſt, qua cenſus ſumitur pro jure percipiendi annuum reditum. Frider

[illegible] Muſio. *d. cap.* 1. *n.* 23. Frantzk. *d. reſol.* 2. *n.* 13. & [illegible] deſcribitur.

THES. III.

[illegible] Cenſus eſt jus (*a*) percipiendi penſionem ſive reditum annuum (*b*) ex re aliena (*c*) fructifera (*d*).

(*a*) *Genus hujus definitionis eſt jus*, Rodericus *tr. de Annuis & Menſtruis Redit. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 4. *id eſt, facultas ex lege com*[illegible]. *Cenſus igitur formaliter ſumptus non eſt ipſa penſio ſive* [illegible] *quae quotannis perſolvitur.* Covarruv. *lib.* 3. *Reſol. c.* 7. [illegible] *verſ. non obſtrupt. ibi, ſed jus illud percipiendi &c. Sed ille ad* [illegible] *ſequitur*, Frantzk. *d. l.* 1. *reſol.* 2. *n.* 6. *Hinc cenſum emens, non fructus, qui quotannis ſolvuntur, ſed fructus percipiendi, emit.*

(*b*) *Finis enim cenſus conſiſtit in perceptione quarumcunque rerum uſuum, non ſolum fructuum, frumenti, vini, ligni & ani*[illegible] *pecuniae. Cenſus igitur differt* (1.) *à Mutuo.* [illegible] 7. *num.* 7. *& ibi* Graevaeus. *concl.* 7. Roderic. [illegible] Binsfeld. *tr. de Uſuris. c. incivilitate. octav. concl.* [illegible] *tamen DD. perſonalem nuncupant cenſum, is in effe*[illegible] *à Mutuo differt.* Frantzk. *d. Reſol.* 1. *num.* 59. *& ſeqq.* [illegible] *in ſuis quaeſt. q.* 5. *circa fin.*

(*c*) *Fructus enim ex re noſtra non jure cenſus, ſed jure Do*[illegible] *percipimus. Et Res, in qua quis habet cenſum, quaſi ſervire* [illegible]. *Res autem ſua nemini ſervit* [illegible] *ff. ſi Uſusfr. pet.* [illegible] *ff. de S. V. P. Haec definitionis pars ex re aliena excludit* [illegible], *quia cum nemo Emphyteuticum ex re noſtra jure Do*[illegible] *capimus. l.* 1. *C. de jur. Emphyteut.*

(*d*) Frantzk. *de reſol.* 2. *num.* 13. *reſol.* 5. *n.* 12. Scacciae.

126

tr. de Commerc. §. 1. *q.* 1. *num.* 177. Binsfeld, *cap. in civitate. de Vſur. p.* 273.

THES. IV.

Cenſus (1.) eſt Reſervativus vel Conſtitutivus. Frider. Martin. *d. tr. c.* 2. *n.* 18. 19. Frantzk: *d. reſol.* 1. *n.* 14.

THES. V.

Cenſus reſervativus dicitur, qui ex tali contractu oritur, quo Dominus rei ſuæ plenum quod habet Dominium in alterum transfert, ea pactione, ut tradenti accipiens certam annuam penſionem ex re tradita præſtet. Frider. Martin. *d. c.* 2. *n.* 19. Frantzk, *d. reſol.* 1. *n.* 15.

THES. VI.

Cenſus conſtitutivus *(a)* eſt, quem Dominus in fundo ſuo alteri conſtituit. *(b)*

(a) Vocatur & conſignativus. Frantzk. *d. reſol* 1. *n.* 14. 16. *Item impoſititius.* Fridor. Martin. *d. c.* 2. *n.* 18. 20.

(b) Fridor. Mart. *d. l.*

THES. VII.

Cenſus (2) eſt Pecuniarius vel Fructuarius:

Ille eſt jus percipiendi pecuniam numeratam. Hic verò fructus; puta, vinum, frumentum, oleum, animalia, ligna &c. quatenus tamen jus cenſus conſtitui poſſit, theſis 24. explicat.

THES.

THES. VIII.

Cenſus (3) dividitur à Martin. & aliis in Realem & Perſonalem. Frider. Martin. *d.c.2. n.16.*

THES. IX.

Eique cenſus realis eſt, quem quis in Re aliqua ita habens, ut in illa & ex illa annua penſio præſtari debeat, Resque ipſa afficiatur. vid. Frider. Martin. *d.tr.cap.* 8. *n.* 191.

THES. X.

Cenſus autem perſonalis eſt, quem quis ex, in & ſuper perſona frugifera habet. vid. Frider. Martin. *d.num.* 191. quid autem de hac diviſione ſit ſentiendum patebit ex theſ. 27.

THES. XI.

Cenſus (4) eſt Temporalis (*a*) vel Perpetuus (*b*)

(*a*) *Quem quis ad tempus habet.*

(*b*) *Qui in perpetuum durat.*

THES. XII.

Cenſus temporalis eſt vel Determinatus (*a*) vel Indeterminatus (*b*)

(*a*) Ad certos annos, puta ad 15. 20. 30. 40. Frider. Martin. *d.c.2. n.15.* Frantzk. *d. Reſol.1. n.32. 33.*

(*b*) Qui tempore incerto extinguitur, ut ſi ad emptoris, vel venditoris, vel etiam alicujus tertii unius vel duorum vitam

eam ſit conſtitutus, & dicitur vitalitius, item incerti temporis, quia obitus tempus eſt incertum, *vid.* Frider. Mart, *d.c.2.n.15.* Frantzk. *d.Reſol.1, n.32.39.*

THES. XIII.

Dubium eſt: An licitum ſit annuos reditus emere ad certum & definitum tempus. v. g. An duodecim libras liceat dare ita, ut ad annos quindecim una quolibet anno ſolvatur? Quod affirmo cum Covarruv. *libr. 3. Reſol. c.7. num.4.* Felician. de Solis. *lib. 1. c.7. num.18.* Frantzk. *d. reſol. 1. num. 35. 36.37.38.*

THES. XIV.

Dubitatum etiam: An cenſus ad hominis vitam conſtitutus, ſit juſtus? Quod communiter affirmatur *arg. l. ſi ea lege.17. C.de Vſur.* & *c. in civitate. 6. c. Naviganti. 19. X de Vſur.* Unde colligitur, contractum in ſe alias illicitum & uſurarium ratione incertitudinis tolerari, facit & *l. 11. C. de Tranſact.* Ex qua Caſtrenſis Alexander & alii concludunt, quod quando ſe habet aliquid ad lucrum & damnum æqualiter, ſi quid caſualiter contingit, per hoc quis non dicatur lædi, ut nec, ſi minor ſit, in integrum reſtituatur. At in cenſu vitalitio adeſt incertitudo lucri & damni; quia incertum eſt, quanto tempore ſit victurus emptor, & quantum percepturus. Idque docent, Pannormit. *in d. cap. in civitate* Român. *conſil. 362. n. 1.* Decius. *conſil.* 123. Covarruv. *lib.3. var. reſol. c.7. n.5.* Geil. *lib 2. obſ.8.* & ibi Græværus *concl.* 8. Surdus. *conſil. 306. & in tr. de aliment. tit. 9. q. 11. num. 7.* Felician, de Solis, *d. lib.1. c.7. n. 19.*

num. 19. Martin. *d. tr. c.* 5. *num.* 159. Frantzk. *d. reſol.* 1. *num.* 40. 41. 42.

THES. XV.

Cenſus perpetuus eſt Irredimibilis (*a*) vel Redimibilis. (*b*)

(*a*) *Qui perpetuo & ſemper actu talis eſt.* Frantzk. *d. reſol.* 1. *n.* 45.

(*b*) *Qui tantum habitu talis eſt ratione Emptoris, qui ſortem repetere nequit; ratione verò venditoris redimi poteſt.* Frantzk. *d. reſol.* 1. *n.* 45. *Neque enim cenſus perpetuitati repugnat, quòd redimi poſſit.* Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 69. *n.* 15. Frider. Martin. *d. c.* 2. *n.* 14. *Et hodie in Germania omnes ſunt redimibiles, ut videre eſt* ex Conſtit. Carol. V. Imperat. *de Anno* 1548. *in Comitiis Auguſt. publicata ſub tit.* Von wucherlichen Contracten. 17. § 8. *adeò, ut ea facultas redimendi nec pacto nullove temporis ſpatio per præſcriptionem tolli poſſit.* V. Scacciam *in tract. de Commerciis* §. 1. *q.* 1. *num.* 237. Frantzk. *d. Reſol.* 1. *num.* 46. 47.

THES. XVI.

Perſonæ cenſum conſtituentes ſunt, quæ contrahendi, vel diſponendi jus habent.

THES. XVII.

Nam cenſus conſtituitur: Conventione, vel Diſpoſitione.

THES. XVIII.

Conventio, quâ cenſus conſtituitur, eſt Donatio (*a*) vel Emptio & Venditio (*b*) vel Tranſactio. (*c*)

B (*a*) Cra-

(a) Cravetta conſil. 217. n. 4. Menoch. de Præſumpt. lib. 3 præſumpt. 107. n. 7. 8. Frider. Martin. d. tr. c. 3. n. 2. Donatio autem hic non pro datione ſumitur, ſed quatenus eſt pactum legitimum vel ſtipulatio. Pertinet huc & Dotis conſtitutio, ut ſi pater filiæ nuptæ dotem dare non poſſit aut nolit, cenſum [illegible] tis cauſâ conſtituere poteſt. Covarruv. lib. 3. Reſol. c. 1. n. [illegible] octavo. Frid. Martin. d. c. 3. n. 8. Frantzk. d. lib. 1. reſol. [illegible]

(b) Nov. 72. c. 7. Reform. Guter Policey zu Augſpurg Anno 1530. tit. 26. §. 8. R. I. zu Augſpurg de Anno 15[illegible] tit. [illegible] R. I. de Anno 1548. ſub tit. von wucherlichen Contracten [illegible] c. 1. & 2. in X. comm. de Empt. & Vendit. Menoch. d. præſumpt. 107. n. 11. Frider. Mart. d. c. 3 num. 136. Halm. [illegible] ff. de Vſur. n. 14. In qua facultas percipiendi mercis ſeu reditus [illegible] ta rationem habet, quam venditor idemque Dominus rei [illegible] tio emptori tradit. Frantzk. d. lib. 1. Reſol. 2. n. 7.

(c) Puta, ſi duo de prædio litigent, & lis tranſactione hoc modo finiatur, ut unus prædium habeat, alterique ex [illegible] ſingulis annis reditum ſolvat. Eſt enim tranſactio titulus, ad transferendum Dominium, vel quaſi, aptus, Exceptionem litis finitæ [illegible] fratris 10. l. reſponſum 15. C. de Tranſact.

THES. XIX.

Diſpoſitio hic eſt, quâ teſtator in ultima voluntate annuum reditum alicui conſtituit. Frantzk. lib. 1. Reſol. 2. n. [illegible] Hinc quæritur [i] ſi teſtator mille legaverit Titio, voluerit que in libera heredis facultate eſſe, eam quantitatem legatario præſtare, interim tamen, donec numeret, gravaverit heredem ſolvere legatario quotannis aliquid legitimum annui reditus modum non excedens, puta quinque pro ſingulis

Cen-

centenis, An ea penſio licite accipiatur? Quod cum Covarruv. *lib.3. Reſol. c.1. num.9. affirm.* Quæritur [2] Quando teſtator ex ſuis bonis vel rem debitam legatario legavit, voluitque eſſe in legatarii poteſtate rem petere, ac conſequi ad ſui lubitum & quo uſque differret petere, præcepit heredi, aliquid legitimum annui cenſus modum non excedens, legatario ſolvere, An hujusmodi legatum quo ad annuam penſionem valeat? Affirmant Roman. *conſil.5 10. colum. 10.* Alciat. *lib.3. Paradox. c.ult.* Carol. Molin. *de Commerciis. quaſt. 73. n. 487.* Frider. Martin. *d. c. 3. num. 52.* quibus ego ſubſcribo. Quæritur [3.] ſi Teſtator leget uxori dotem, quam ab ea recepit, & donec illa dotem repetere differat, annuam penſionem, puta quinque pro ſingulis centenis relinquat, An hujusmodi legatum Jure Canonico ſubſiſtat? D. cum Frider. Mart. *d. c. 3. n. 66. 67.*

THES. XX.

Ex prædictis colligimus, quòd nec Uſufructuarius in Re fructuaria; nec Vaſallus in feudo certo, nec Emphyteuta in fundo vectigali, nec creditor in pignore cenſum conſtituere poſſint.

THES. XXI.

Dubitatum: An minores viginti quinque annis cenſum curatoris conſenſu ſine Decreto Magiſtratus conſtituere poſſint? Quod cum Molin. negatur.

THES. XXII.

Cenſus adquiritur Donatione [a] Per mutatione [b]

B 2 Dotis

Dotis datione [c] In ſolutum datione [d] Sententia judicis [e] Vſucapione ſive præſcriptione [f]

(a) *Simplici ea, quâ cenſus datur; vel Donatione propter nuptias, quando pater in prædiis, aut parata pecunia filio cenſum propter nuptias donat.* Frider. Martin. *d. c. 3. n. 7.*

(b) *Quâ quis v. g. in proprio fundo alteri cenſum conſtituit & tradit, ut ſibi prædium det.* Frider. Martin. *d. c. 3.* [illegible] *Cenſus cum cenſu permutatur.* Weſ. *conſil. 12. n. 64.* [illegible] *d. l. 2. reſol. 2. n. 23.*

(c) *Quando pater genero cenſum in dotem dat.* Frid. Martin. *d. c. 3. n. 8.*

(d) *Quando videlicet id, quod alicui debebatur in pretium ſumitur, ut pro eodem annua aliqua penſio ad modum, ſcil.* [illegible] *Emptionis & venditionis juſti ſolvatur.*

(e) *Quâ reditus adquiritur, quando uni ex pluribus adjudicatur. arg. § fin. Inſt. de Offi. jud.*

(f) *Cenſus Iure Vſucapionis ſ. Præſcriptionis adquiritur, quando ex vero & probato titulo decem annis inter præſentes & viginti inter abſentes bona fide fuit ſolutus & perceptus.* Frider. Martin. *d. c. 3. num. 132. 133. arg. l. fin. C. de long. temp. præſcript. & quia cenſus eſt quædam quaſi ſervitus.*

THES. XXIII.

Cenſus in ea tantùm Re, unde commoditas ſeu utilitas nobis adferri, fructusque aliquis haberi poteſt (a) conſtitui & adquiri poteſt. (b)

(a) *Puta, Villa, Domo, terra, prædio, agro &c.*

(b) *Per cap. 1. & 2. de Empt. & vendit. in X. vag. comm.*

THES. XXIV.

Cenſus igitur in re ſterili (a) vel quæ uſu conſumitur (b) vel cujus nudam habet proprietatem (c) conſtitui nequit (d)

(a) *Qualis eſt Domus ruinoſa, quam nemo inhabitare poſſit, idem ager incultus: In his enim inanis conſtituitur reditus.*

(b) *Ut pecunia, vinum, frumentum, oleum, niſi expoſita ſint negotiationi, quo caſu ſuper prædictis rebus cenſus recte conſtituitur.*

(c) *Quia jus utile, quod penſionem tribuat in nuda proprietate datur nullum.*

(d) Frider. Mart. *d. tr. c. 4. n. 5. 6.*

THES. XXV.

Cenſus imponi non poteſt rei fructiferæ, quæ tantum fructum, deductis expenſis pro laborib. præſtare non valet, quanta eſt penſio ab eo qui cenſum conſtituit perſolvenda. Cum nemo plus juris in alium transferre poſſit, quam ipſe habuit. *c. Nemo. d. R. I. in 6.* Quare venditor caſu, quo prædii fructus annuas penſiones non æquant, aut ſuperant, plus juris vendidiſſe cenſendus eſt, quam habet, & ejuſmodi venditio eſt imaginaria & ſimulata.

THES. XXVI.

Cenſus ſuper rebus certis conſtitui & acquiri poteſt. *d. c. 1. & 2.* Frantzk. *d. reſol. 2. n. 16.*

THES. XXVII.

Quæſtio hic incidit: An Cenſus in perſona fructifera conſtitui poſſit? Illud quidem Frider. Martin. *d. c. 4. num. 29. & ſeqq.* Binsfeld. *in tr. de Vſur. in cap. In civitate. q. 10. concl. 1.* Covarruv. *lib. 3. var. reſol. c. 7. num. 5.* Rodericus *tr. de Annuis & menſtr. redit. lib. 1. q. 4. num. 32.* affirmant. Ego verò contrariam ſententiam magis probo cum Pannormit. & aliis *in c. in civitate. X. de Vſur.* Fachin. *reſol. 1. n. 77. & ſeqq.*

THES. XXVIII.

Cenſus in juſto pretio conſtituendus eſt. Frider. Mart. *c. 5. n. 1.* Frantzk. *d. lib. 1. reſol. 2. n. 24.*

THES. XXIX.

Illud autem pretium variat. Nam cenſibus perpetuis & Irredimibilibus gravius pretium, quàm redimibilibus conſtituendum eſt. Frantzk. *d. reſol. 2. n. 26.* Frider. Martin. *d. c. 5. num. 11. 12.*

THES. XXX.

Et reditus perpetuus non redimibilis ad minimum per rationem 25. ad unum conſtitui poteſt, *per l. ſi heres. 3. §. 2. ff. ad L. Falcid.* Frantzk. *d. reſol. 2. n. 45.*

THES. XXXI.

In cenſu redimibili pretium ſecundum Conſtitutiones Imperii juſtum eſt, quando centum quinque emuntur. R. I. *de Anno* 1530. *tit.* von wucherlichen Contracten. §. Nach dem. R. I. *de Anno* 1548. zu Augſpurg. *ſub tit.* Von wucherlichen

Con-

Contractum. 17. §. 1. Carpzov. *in juriſpr. for. Rom. Sax. p. 3. conſtit. 24. defin.* 14. Frantzk. *d. reſol. 2. n.* 63. Frider. Mart. *d. c.* 5. *n.* 19. Hic ſequentes occurrunt quæſtiones. Q. (1) Si contra Imperii conſtitutiones cenſus fuerit conſtitutus v. g. Si centum quis emerit ſex, ſeptem vel octo: Utrum totus contractus vitietur, An verò quod juſtam penſionem excedit, ſit rejiciendum, & reductio ad legitimum modum puta quincuncis ſit facienda? Poſterius affirm. cum Geil. *2. obſ.* 5. *n.* 10. *obſ.* 7. *n.* 15. *ubi hoc in Camera obſervari dicit, fac.* R. I. *de Anno* 1548. *tit.* 17. § 8. *l.* 20. *l.* 29 *ff. & l.* 26. *§.* 1. *verſ. ſi quis autem. C. de Vſur. add.* Carpz. *d. p.* 3. *conſtit.* 24. *def.* 14. *n.* 3. *& ſeqq.* Diſſ. Guido Papa *conſ.* 180. Q. (2) An annui reditus ultra quincunces jam ſoluti ſorti ſint imputandi? Neg. ſed de futuris penſionibus ſunt detrahendi. Carpz. *d. conſtit.* 24. *def.* 15. Frantzk. *d. reſol.* 2. *n.* 74. Q. (3) Utrum dictæ Conſtitutiones Imperii ad cenſus & contractus ſolum futuros ſint referendæ: An vero & de præteritis intelligendæ? Prius affirmo. Poſterius nego. *arg.* R. I. *de Anno* 1548. zu Augſpurg *tit.* 17. §. 7. *ibi.* Hinfüro künfftiglich. Frider. Martin. *d. c.* 5. *n.* 35. *& ſeqq.* Geil. *lib.* 2. *obſ.* 9. & Græv. *ad d. obſ.* 9. Diſſ. Molin. *de Contract. q.* 10. *n.* 142. Rodet. *tract. de Ann. redit. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 25. Frantzk. *d. reſol.* 2. *num.* 72. 73. Q. (4) An Imperii conſtitutiones quatenus annuorum redituum pretium definiunt, contraria conſuetudine tolli introduciq; poſſint, ut de centum plus, quam quinque puta ſex emantur. Affirm. Frider. Mart. *d. c.* 5. *n.* 49.

THES. XXXII.

Cenſus temporalis incerti temporis pretium arbitrio

judicis & boni viri, perpenſis ætate, valetudine ementis alimentorum & rei emptæ bonitate & dignitate, ſtatuendum eſt. Covarruv. *lib*. 3. *reſol. c*. 9. *n*. 7. Gell. 2. *obſ*. 8. *n*. 4. Frider. Mart. *d. c*. 5. *n*. 163. Frantzk. *d. reſol*. 2. *n*. 100. *& ſeqq*.

THES. XXXIII.

Molinæus quidem in tract. de Commerciis, quæſt. 50. n. 351. tria ſubſtantialia emptionis cenſus eſſe putat & (1.) quòd ſors h. e. pretium perpetuo alienetur, nec unquam repeti poſſit (2) quòd reditus pretium à lege taxatum & conſtitutum excedere nequeat. (3) quòd reditus ſemper & liberè à venditore redimi queat. Verum nec primum, nec tertium de Emptionis ſubſtantia eſſe videtur: quoniam venditor cenſus Emptorem ex pacto obligare poteſt, ut cenſum revendat, pretiumque ſive ſortem recipiat, valida etiam eſt emptio cenſus perpetui & irredimibilis.

THES. XXXIV.

Subſtantialia autem emptionis cenſus ſunt, jus percipiendi penſionem, & Res alterius fructifera.

THES. XXXV.

Quæritur hic. An pactum, quo id agitur, ut venditor ad emptoris voluntatem cenſum reemere obligetur, valeat? D. *vid*. Martin. *c*. 6. *n*. 144. *&* 260. *& ſeqq*.

THES. XXXVI.

Pactum, quo venditor cenſus aliqua bona emptori ita obli-

obligat, ut ſi tempore conſtituto penſionem non præſtet, ea poſſit diſtrahere, nec turpe eſt, nec contra ſubſtantiam, nec naturam emptionis cenſus. Binsfeld. *c. in civitate, q. 12, concluſ. 12. X. de Vſur.*

THES. XXXVII.

Pactum, ut, bonis, ſuper quibus cenſus eſt conſtitutus, peremptis, venditor nihilominus penſionem ſolvat, licitum cenſet. Covarruvias *lib. 3. reſol. c. 7. n. 5.* A quo cum Carpz. *lib. 1. Reſponſ. Electoral. 107. n. 14.* Martin. *d. tr. c. 6. n. 285. 301. & Frantzk. d. lib. 1. reſol. 5. n. 30.* diſſentio.

THES. XXXVIII.

Si convenerit, ut venditor cenſus onera, quæ ratione vel cenſus vel emptionis ab emptore non venditore ſunt ſuſtinenda, ferat, tale pactum eſt illicitum. Frider. Martin. *d. c. 6, num. 310.*

THES. XXXIX.

Si venditor cenſus privilegio fori, quod ipſius favorem principaliter reſpicit, renuntiaverit, pactum ejuſmodi eſt licitum. Frider. Mart. *d. c. 6. n. 320. & ſeqq.*

THES. XL.

Cenſus ex contractu emptionis annuatim vel in ſingulos annos, vel ſingulis annis præſtandus, non in principio ſed fi-

THES. XLI.

Annus reditus ex ultima voluntate debitus in principio anni eſt ſolvendus. *l.* 12. §. 4. *ff Quand. dies. legat. l.* 3. *ff. de Annuis legat.* Frider. Mart. *d. tr. c. ult. n.* 131.

THES. XLII.

Re cenſuali (*a*) vel in totum vel pro parte infrugiſera reddita (*b*) remiſſio penſionis facienda eſt. (*c*)

(*a*) *Super qua cenſus realis conſtitutus, & quam* [illegible] *poſſidet. Si enim per vim hoſtilem illi ablata, & ſine* [illegible] *nis occupata ſit, cenſus non amplius debetur.* Frantzk. *d. reſol.* [illegible] *num.* 10. 11.

(*b*) *Per & propter impedimentum caſuale.* Frantzk. *d. reſol.* 5. *n.* 12. 13. 38. *Si verò culpa vel ſtudio talis res neglecta vel derelicta ſit, penſio non eſt remittenda.* Frantzk. *d. reſol.* 5. *n.* 9.

(*c*) Græv. *ad lib.* 2. *Geil. concl.* 7. *in Coroll.* 1. *n.* 5. [illegible] *lib.* 1. *Reſponſ. Elect.* 107. *n.* 14. *& ſeqq.* Frantzk. *reſol.* 5. *num.* 28. *& ſeqq.*

THES. XLIII.

Ex cenſu conſtituto datur actio perſonalis, & ſic ab initio, poſtquam de cenſu percipiendo & pretio pro eo dando inter contrahentes conventum eſt, emptori actio ex contractu adverſus venditorem competit, ut is contractum impleat, & facultatem percipiendi ſive patientiâ ſive ſolutione primæ penſionis præſtet. Frantzk. *d. reſol.* 2. *n.* 116. Martin. *d. tr. c. ult. num.* 13. *n.* 103.

THES. XLIV.

Adquiſito autem cenſu, ad illum aſſerendum actio confeſſoria

feſſoria utilis adverſus poſſeſſores locum habet. Frantzk. *d. reſol.* 2. *num.*116. Frider. Mart. *d.c.ult. num.*84. Et datur ei, cui cenſus eſt adquiſitus. Hic enim adquirit Dominium reſpectu cenſus, & de motibus noſtris percipiens vocatur Dominus cenſus Ein Lehn- vnd Zinßherr. Frantzk. *d. reſol.*2. *n.*8. poſt Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 107. *n.* 15. & Surd. *deciſ.* 204. *n.*9. Non verò ei actio perſonalis adverſus illum, qui cenſum conſtituit tradiditque, ejusve heredes ad ſolvendum competit, Frantzk. *d. reſol.* 2. *n.*122. *& reſol.*3. *num.*13.14.15.16.17.18. Diff. Felic. de Solis. *de Cenſib. c.* 4. *n.* 3.4.5. *c.* 8. *in fin. & lib.* 3. *c.* 4. *num.*3.

THES. XLV.

Niſi forte prædium evictum ſit. Frantzk. *d. reſol.*2.*n* 116.

THES. XLVI.

Qui in quaſi poſſeſſione cenſus turbatur, interdicto Uti poſſidetis ad retinendam poſſeſſionem adverſus turbantem, ut à turbatione deſiſtat, experiri poteſt. Frider. Martin. *d. c. ult. num.* 27.

THES. XLVII.

Qui ſua quaſi poſſeſſione cenſus ſpoliatur, Interdictum Unde vi, ad recuperandam quaſi poſſeſſionem intendere poteſt. Menoch. *tr. de Recuperand. poſſ. Remed.* 1. *n.* 87. Geil. 2. *obſ.*75.*n.*1. Frid. Mart. *d. c. ult. n.*30.31.

contra ſucceſſorem univerſalem non autem ſingularem [illegible] tur. (*b*)

(*a*) *Qui ille cenſum nunquam quaſi poſſedit.*

(*b*) *Diſſ. Mart. d. c. ult. n. 72. & ſeqq. qua ad ſingularem*

THES. XLIX.

Cenſus cum Re ſimul in quemcunque poſſeſſorem, in quem illa alienata & translata eſt, tranſit, Frantzk. *d. reſol. 3, num. 2. 3.* Et ille poſſeſſor non tantum ad præteritarum penſionum ſolutionem, ſed & inſuper ad recognitionem cenſus tenetur, niſi malit ipſam rem dimittere. *arg. l. 6. §. 2. ff. ſi ſervit. vind.* Felician. de Solis. *tr. de Cenſib. lib. 3. c. 6. n.* [illegible]

THES. L.

Si venditor in rei cenſualis venditione aſſerat, Rem, quam vendit, cenſui eſſe obnoxiam, & ſe illam cum onere iſto vendere, hæc aſſertio venditori ejusque heredibus & ſucceſſoribus non præjudicat, niſi alia adminicula concurrant. Felician. *d. c. 6. n. 6.*

THES. LI.

Si per eum, qui cenſum adquiſivit, ſteterit, quo minus ab anterioribus penſiones ſolutæ fuerint, poſſeſſor noster de præteritis non tenetur. Roder. *de Ann. redit. lib. 2. q. 21. n. 42.* Frantzk. *d. reſol. 3. n. 12. 13. 14.*

THES. LII.

Tertius ille poſſeſſor conventus excuſſionis non ſidicaſ-

exceptionem opponere non poteſt. Covarr. *l. 3. Reſol. c. 7. n. 6. verſ. hinc etiam.* Felician. de Solis. *d. l. 3. c. 4. n. 9.* Roder. *d. lib. 2. q. 9. n. 54.* Frantzk. *d. reſol. 3. n. 19. 20.*

THES. LIII.

Cenſu ex duobus vel pluribus prædiis adquiſito, & uno ex illis in alios translato, vel in heredes diviſo, cenſus non ab uno ex illis in ſolidum exigi poteſt; ſed inter eos pro ratione prædii alienati vel portionis aſſignatæ diſtribuendus eſt. Covarr. *lib. 3. reſol. c. 7. n. 8.* Frantzk. *d. l. 1. reſol. 6.*

THES. LIV.

Ad futuras etiam penſiones recté agitur. Frider. Mart. *d. c. ult. n. 145.*

THES. LV.

Quando conſtat de contractu, nec tamen apparet, utrum ſit emphyteuticus an cenſualis? In dubio cenſualis potiùs quàm Emphyteuticus eſt præſumendus. Covarruv. *d. c. 7. n. 1.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 106. n. 3.* Berlich. *in concluſ. pract. p. 2. concl. 47. n. 19.* Carpz. *in juriſpr. for. Rom. Saxon. p. 2. conſt. t. 39. def. 8.*

THES. LVI.

THES. LVII.

Cenſus in dubio emptionis titulo conſtitutus præſumitur, Frid. Mart. *d. c. 7. n. 123. & ſeqq.*

THES. LVIII.

Cenſus finitur, primo; Tempore, ad quod conſtitutus eſt. Frid. Mart. *d. tr. c. 8. n. 2. 3. 4.*

THES. LIX.

Secundo; Reluitione. Mart. *d. l. n. 35.*

THES. LX.

Hic occurrit quæſtio ſequens. Si emptor cenſus pretium totum ſibi à venditore realiter oblatum acceptare recuſat; Utrum ſola ſufficiat oblatio, an verò & depoſitio? Prius affirmo. Poſterius nego, *ex l. 2. C. de Pact. inter Empt. & vendit.*

THES. LXI.

Tertio: Interitu. Fundo enim vel prædio cenſuali in totum perempto, ipſe quoque cenſus perit. Frantzk. *d. l. 1. reſol. 4. n. 1. 2. 3.* Diſſ. Geil. *lib. 2. obſ. 7. n. 13.* Et parte rei extincta, [illegible]s pro ea parte perit. Scaccias; *d. §. 1. q. 1. n. 176.* Frantzk. *d. reſol. 4. num. 9. & ſeqq.* Si tamen dolus vel culpa conſtituentis accedat, ille aut de dolo vel ad minimum pretium refundere aut cenſum ſuper alia re conſtituere tenetur.

Scac-

Scaccias. *d. tr. de Commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 178. Frid. Mart. *d. t.* 8. *num.* 221.

THES. LXII.

Quarto. Præſcriptione. Nam ſi is qui adquiſivit cenſum in eadem provincia præſens, decem, ſi abſens, viginti annis non utatur cenſu, eundem amittit. *arg. l.* 13. *C. de ſervis & aqua. l. fin. C. de Præſcript. long. temp.*

COROLLARIA.

I.

AN in Sagas bona cum conſcientia capitaliter animadverti poſſit ac debeat? Aff.

II. An homo Chriſtianus Sortiariorum conſilio auxiliove quibuſcunque in rebus bona cum conſcientia uti poſſit? N.

III. An juramentum bona cum conſcientia imponi poſſit ei, de quo præſumptio eſt, quod commiſſurus ſit perjurium? N.

IV. An Conſtitutio. D. Pii de forma creandi cenſus nos obliget? N.

V. An annui reditus in feudum dari poſſint?

VI. An feudo legato, æſtimatio ejus debeatur? Aff.

VII. An Princeps ſubditos ſuos invitos in alium Dominum vel vendendo vel permutando vel oppignerando transferre poſſit? D.

VIII. Utrum is, qui vendidit cenſum prædii ſui, An vero emptor, cui præſtatur annuus cenſus, collectas ſolvere cogatur? D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.